approbamus et confirmamus per praesentes decernentes easdem vim et robur perpetuae firmitatis habere debere In cuius etc.

Mandatum ad Ilkusien.

Sigismundus etc. Famus

Famatis Proconsuli et Consulibus civitatis nostrae Ilkusien. Fid. nobis dilectis. Gratiam nostram Regiam Famati Fid. nobis dilecti questa est denuo coram nobis Honesta Anna Jurkowa Slowakowa quod illam Honestus Gaspar Brytkier violenter e domo illius propria eiecit qua de re iam Fid. Vrae prioribus literis nostri Mandati monitae erant nihil tamen fecerunt quare Fid. Vris denuo Mandamus ut quamprimum ab eadem Anna requisiti fuerint iustitiam promptam et indilatam sine quibusvis procrastinationibus et tergiversationibus idque sub poena Trecentorum flor. Hungaricalium faciant Pro gratia nostra officiique sui ratione debito

Mandatum ad Tarensbek

Sigismundus etc.

Mage. Georgio Tarensbek Praesidi Wenden. vel in eius absentia in Praesidatu Vicesgerenti sinc. nobis dilecto gratiam nostram Regiam Mage. sinc. nobis dilecte obtinuit nonita pridem in Judicio nro. decretum in Contumaciam nobilis Justina Gildesemi olim Francisci Hasen relicta vidua tutoresque eiusdem contra Nobili Rodolpho Aures in causa occasione certi contractus ratione haereditatis bonorum Lenegallertem et Dessen dictorum olim Joannis Aures filij ex eadem Justina suscepti ad eandem tanquam matrem devoluta facti quoad Actrici summa quinque Millium et quingentarum Marc. Rigen. in eodem contractu expressa tum et vadium similis summae per citt. succubito et in defectu solutionis intromissio in bona eiusdem citt. tati adiudicata est, cum itaque ea res ad Judicium seu officium sinc. T. pertineret Mandamus sinc. T. ut posteaquam eo nomine a praefata Actrice vel eius Plenipoten. requisita fuerit decretum nostrum praefatum iuxta contenta eiusdem exequatur ad praestationem praefatae summae, tum etiam adiiciat et in defectu solutionis in bona libera nulliique hipothecata et in contractu inter partes convenit actricem intromittat iamque curet quatenus eidem per omnia prout necessitas rei per vos iudicatis postulaverit satisfaciat Pro gratia nostra officiique sui debito

370